terem · & propheta teſtamenti pertinentiſ ad generationem nouam ·· Cuiuſ
teſtamenti ſponſor. ſponſuſq· con iugii · quod de illa generatione ſortituſ ē ·
ait ipſe ihſ · Si crederetiſ morſi · crederetiſ & mihi · De me enim ille
ſcripſit · Non enim credendum ē ab ipſo omnino morſe iſtum pſalmū
fuiſſe conſcriptum · qui ullis eius litteriſ inditus non eſt in quibus eiuſ
cantica ſcripta ſunt · ſed alicuius ſignificationiſ gratia · tam magni me
riti ſerui dī nomen adhibitum eſt · ex quo dirigeretur legentiſ uel au
dientiſ intentio · Factuſ eſ ergo inquit nobiſ dnē refugium in genera
tione & generatione · Quale aūt refugium factuſ ſit · quō ſcilic& nobī
coepit eſſe quod non erat · id eſt refugium · Non aūt ipſe non erat ante
quam nobiſ eſſ& refugium · ſecutuſ adiunxit · Priuſquam ~~fierent~~ mon
teſ fierent et formaretur terra · & orbiſ terrę & a ſeculo & uſq· in ſeculū
tu eſ · Tu ergo qui ſemper eſ & antequam eſſemuſ · et antequam mun
duſ eſſet refugium ex quo ad te conuerſi ſumuſ factuſ eſ nobiſ · Non mi
hi aū uidetur utcumq· intellegendum quod ait · Priuſquam monteſ
fierent et formaretur terra · uel ſicut alii codiceſ habent quod de uno uer
bo greco expreſſum eſt · fingeretur terra · Monteſ quippe · parteſ ter
rae ſunt altioreſ · & utiq· ſi antequam formaretur terra dſ eſt a quo
terra formata eſt · quid magnum de montibuſ · uel quibuſlib& aliiſ eiuſ
partibuſ dicitur · cum ſit dſ · non ſolum ante terram · ſed & ante caelum
& terram · & ante omnem corporalem ſpitalemq; creaturam · Sed nimi
rum uniuerſa creatura rationabiliſ · hanc differentiam fortaſſe diſtinc
ta eſt · ut montium nomine · ſignificarentur celſitudineſ angelorum ·
& terrę nomine humilitaſ hominum · Et ideo quamuiſ omnia quę cre
ata ſunt non incongrue uel facta · uel formata dicantur · Tamen ſi
uerborum iſtorum eſt ulla proprietaſ · facti ſunt angeli · Qui cum
in eiſ de caeleſtibuſ enumerarentur operibuſ · ita enumeratio ipſa con
cluſa eſt · Ipſe dixit & facta ſunt · ipſe mandauit & creata ſunt · Unde
aūt homo ſecundum corpuſ fier& terra formata ē · Nam hoc uerbo

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 164, p. p.%20199 – The fourth volume of a six-volume commentary on the Psalms by St. Augustine (http://www.e-codices.ch/en/csg/0164/p.%20199)